



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 33. Res in Regio Angliæ Senatu pertractatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc XVI.  
A.C. 1553.

§. XXXIII.

*Res in Regio Angliæ Senatu pertractatæ.*

*Burnet hist.  
Ref. tom. 2  
l. 1. p. 327.*

Hujus Ducis mortem uno mense præcesserat Angliæ Regis obitus, ex quo ingentes in regno vicissitudines emergebant, quæ tamen omnes ad Religionis Catholicæ incrementum cedebant; cum enim novus Senatus hoc anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio ab Eduardo VI. die prima Martii stabilitus conventum haberet, suo Principi maximas pecuniarum summas concedebat, eo quod sub Sommerfeti Ducis administratione ærarium enormiter exhaustum fuisset. Pariter Clerus, ut suo zelo Senatui neutiquam cederet, Regi donum, ut vocant, gratuitum de qualibet omnium reddituum Ecclesiasticorum libra sex solidos colligendi facultatem dederat: his igitur rebus ita concessis Senatus, cum ejus opera haud amplius Aulæ esset necessaria, die trigesima prima Decembris abrogabatur.

§. XXXIV.

*Inquisitio in argenteam Ecclesiarum suppellectilem, atque ornamenta per Angliæ Regnum decreta.*

Diffoluto hoc Senatu Rex quosdam nominabat, qui per universum Regnum